

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ambicio t
cum fonte primo

Ambiciosus

promptus et feruidus ubi placere cognouerit,
remissus et tepidus ubi putauerit displicere.
Improbat mala, detestatur iniqua,
sed alia cum aliis probat et improbat
ut iudicetur idoneus, ut reputetur acceptus,
ut laudetur ab omnibus, ut a singulis approbetur.
Sed ecce, grauem intra se sustinet pugnam
difficilemque conflictum!
Dum iniquitas pulsat animum,
ambicio continet manum et, quod illa suggerit,
hec fieri non permittit.
Colludunt ad inuicem mater et filia,
iniquitas et ambicio;

hec uendicat sibi publicum, illa secretum.

Innocencius ibidem (de uilitate condicionis humane).

Promptus et feruidus ubi placere cognouerit,
remissus et tepidus ubi putauerit displicere.
Improbat mala, detestatur iniqua,
set alia cum aliis probat et improbat
ut iudicetur idoneus, ut reputetur acceptus,
ut laudetur ab omnibus, ut a singulis approbetur.
Et ecce, grauem intra se sustinet pugnam,
difficilemque conflictum,
dum iniquitas pulsat animum
et ambicio continet manum, et quod illa suggerit
faciendum, hec fieri non permittit.
Colludunt tamen ad inuicem mater et filia,
iniquitas et ambicio:
nam mater in aperto subsistit,
et in occulto filia non resistit.
Hec vero uendicat sibi publicam, illa secretum.

Innocentius III, *De miseria condicionis humane*, 2.26
(R.E. Lewis ed., pp.177/179, ll.12-24).